



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tractatus De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

26. Quid sit de illoru[m], qui in extremo articulo mortis existentes contrahunt coram testibus in absentia parochi?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41077**

testificandi attendamus, ergo poterit matrimonium contrahi in præsentia duorum testium absente parochio, maxime si postmodum parochus consensus matrimonialis certior fiat, aut contrahentes audiat secum consensum ratificantes.

R. Negando maiorem propositionem, nec est verisimile sic Cardinales declarasse, cum certum sit non valere matrimonium, si parochus non attendat ad consensum, & non intelligat illum, etiam si hoc affectate & data opera faciat, quia tunc reuera non est dicendus præsens, nec potest testificari de matrimonio ad quod requiritur præsentia: Aliud dicendum esset, si præsens affectate & data opera fingat se non intelligere, cum tamen reuera intelligat, tunc enim reuera præsens esset, & matrimonium subsisteret: & hoc putandum est voluisse Illustriss. Cardinales, si quid forte de hac difficultate declararint.

#### QVÆSTIO XXVI.

*Quid sit de illorum, qui in extremo articulo mortis existentes, contrahunt coram testibus in absentia parochi?*

Quæstionis explicatio.

**P**Lurima diximus permitti in casu pestis, & articulo mortis, quæ legibus vetantur,



tur, eo quod necessitas careat lege: (a) sufficereq; a de consensu  
eo casu, vt lex diuina & naturalis seruentur: dist. 1.

Idcirco quæritur, an & in articulo mortis  
hic modus contrahendi matrimonium to-  
lerari possit, quo illud celebratur coram  
solis testibus, si non possit haberi parochus.

*Responsio.*

**N**on potest tolerari, quia certum est  
matrimonium sine parochis contra-  
ctum in quacunque necessitate esse irri-  
tum & nullum. Probat, quia vbi in  
dispositione dicitur, aliter fieri non pos-  
se, vel ponitur decretum irritans, inducitur  
forma, vt tradunt Canonistæ: Sed in  
Concilio Tridēno dicitur matrimonium  
aliter fieri non posse, quam præsentē paro-  
cho, & aliter contractum reddi nullum, er-  
go inducitur forma, & proinde nullo eue-  
tu absque ea solemnitate initum erit vali-  
dum, res enim sine sua forma subsistere nõ  
potest: confirmatur, quia ibi redduntur o-  
mnino inhabiles: vbi ponderanda est di-  
ctio, *omnino*, quæ significat in omni euentu,  
sine vlla exceptione, siue remedio ac dis-  
pensatione: ac ponderandum (*reddere in-  
habiles*) nam inhabilitatem materiæ sacra-  
menti nullus necessitatis casus potest sup-  
plere.

Ll 4 Dices:



Dices: Leges diuinæ recipiunt interpretationē ex bono & æquo & epikeia, vt quæ pro tuenda charitate introductæ sunt, ipsi charitati non aduersentur, sicut apud Ioannem habetur, neminem absque baptismo saluari posse, & tamen deficiente copia ministri vel aquæ, satis esset baptismi votum: Ergo à fortiori leges humanæ recipiunt eandem epikeiam: Sed si in hoc casu matrimonium absque parochō initum esset nullum, aduersaretur charitati, quia proles legitimāda per matrimonium illud illegitima maneret, & cōcubinatorum morti proximorum erga suas concubinas valde affectorum salus spiritualis periclitaretur: Ergo decretum Concilii Tridentini obligans coram parochō contrahere ex æquitate & epikeia censendum est in hoc euentu minime astringere: Confirmatur, quia quoties casus euenit iis vestitus circumstantiis, quibus non ita expresse decisus est, attendendū est, quid in eo Legislatoꝝ cōsultus responderet, idque sequendum: Videtur autem quod Pontifex de hac extrema necessitate consultus responderet, posse in ea absque parochō & testibus contrahi, ergo, &c.

R. Breuiter ad argumentum & confirmationem illius legem mere præceptiuam  
& in-



& inducentem solemnitatem contractus extrinsecam, recipere aliquando interpretationem & epikeiam. Secus ubi est solennitas substantialis, & materiae inhabilitas: Nec hoc aduersari charitati, valde enim bono communi expediebat legem eo rigore editam, nec in hoc casu Pontificem aliter responsurum, vt ante obiter diximus.

QVÆSTIO XXVII.

*Quibus potissimum modis peccari solet in administratione Sacramenti matrimonij?*

*Quæstionis explicatio.*

**T**E rigimus passim hoc capite multa peccata quæ committi solent in celebratione matrimonij tempore pestis, tum à parochis, tum ab ipsis contrahentibus, tum ab vtrisque, quæ hoc loco lucis gratia ob oculos legentium veluti in tabula ponuntur.

*Responsio.*

**P**eccat primo pastor, qui non vult exhibere præsentiam suam matrimoniis suorum subditorum, præsertim concubinari-

Ll 5 nari-